



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XIV. Das Capitel des Klosters Leitzkau verzichtet auf die kirchliche  
Jurisdiction in der Stadt Jessen, den 28. September 1265.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XIII. Bischof Gernand von Brandenburg schenkt dem Kloster Leitzkau eine Hebung von 4 Wispeln Getreide in Meterne, am 21. Dezember 1227.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. G. dei misericordie Brandenburgensis Episcopus Preposito de Lezeke et conuentui eius in perpetuum — Ad reuerentiam ergo et honorem beate et gloriose semper virginis dei genitricis Marie ac beati Petri apostolorum principis et beati Eleutherii martiris quatuor choros tritici in villa Meterne uobis conferimus et donamus et presentis scripti nostri patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Testes autem huius sunt hy: Godescalcus villicus de Meterne et eiusdem ville Ciues, Rodengerus villicus de Slantitz cum ciuibus suis, Ciues de Muschowe, villicus de Lodeburch et quidam ex Ciuibus suis, Villicus de Gowene cum Ciuibus suis. Datum Magdeburg XII kal. Januarii, Pontificatus nostri anno VI. Anno Incarnationis dominice MCCXXVIII.

Auscultata est presens copia etc.

Nach alter Copie des 16. Jahrhunderts im Brandenburger Dom-Archive. Nach der Jahreszahl des Pontificatus ist nach den bei Brandenburg mitgetheilten Urkunden von 1225—1230 die Urkunde wohl noch in das Jahr 1227 gehörig.

XIV. Das Capitel des Klosters Leitzkau verzichtet auf die kirchliche Jurisdiction in der Stadt Jessen, den 28. September 1265.

Univerſis Christi fidelibus praefens scriptum visuris, Bertramus, dei gratia praepositus, prior totumque Lizekenſis ecclesiae capitulum salutem in filio dei. Quia ueritas multotiens calumniam patitur, expedit, ut fide testium et instrumentorum, que perhennem vim habent, in agendis negotiis roboretur. Orta dissensione inter honorabilem virum dominum Lambertum, Brandenburgensis ecclesiae praepositum ac ejusdem loci capitulum ex una et nos ex parte altera et jam dudum temporibus antecessorum utriusque ecclesiae ventilata super civitate Jezant, an idem oppidum, quoad jurisdictionem synodalem ibidem exercendam ad praepositoram Brandenburgensem vel ad nostram debeat pertinere; tandem precibus venerabilis patris, domini nostri Hinrici, Brandenburgensis episcopi, inclinati, ut omnis materia discordiae hinc inde super praemissis orta propter bonum pacis ac concordiae penitus sopiatur, omni juri, si quod in praefato loco habuerimus et in posterum consequi poteramus, siue de jure siue de facto, renunciamus ex mera et libera voluntate. In cujus facti memoriam praesentem literam praeposito totique capitulo Brandenburgensis ecclesiae praepositi atque capitulo nostri sigillis tradidimus roboratam, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt haec: venerabilis pater, dominus noster, Hinricus Brandenburgensis episcopus, Thidericus prior, Nicolaus cellerarius, Otto hospitalarius, canonici Litzckenſis ecclesiae et alii quam plures. Datum Liezeke, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXV. III. Kal. Octobr.

Aus einem Brandenb. Copialbuche. Gercken's Stifftsch. S. 473.